

igitur censetur eum, cum aetate processisset, qui Aristides esset, sed eorum patres et avos, nec, sepulcra legens, vereor, quod Lysimachum salutare solitum? Equidem non modo eos novi qui sunt, aiant, ne memoriam perdam: his enim ipsis legundis in memoriam redeo mortuorum. Nec vero quae curant meminerunt, vadimonia loco thesaurum obrussit; omnia quae curant meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Quid? Iuris consulti, quid? Pontifices, quid? Augures, quid? Philosophi, senes quam multa meminerunt!

## 337. L'alibi di Milone

Milo autem cum in senatu fuisset eo die quoad senatus est dimissus, domum venit, calceos et vestimenta mutavit, paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est, dein profectus id temporis, cum iam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. Obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla raeda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus ut solebat, sine uxore quod nunquam fere, cum hic insidiator qui iter illud ad caedem apparatusset, cum uxore veheretur in raeda, paenulatus, magno et impedito et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu.

## 338. Clodio e Milone

Video adhuc constare, iudices, omnia: Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere, ille ad ea quae concupierat, optatissimum interitum Milonis; odium fuisse illius in hunc acerbissimum, nullum huius in illum; consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda, huius tantum in repellenda; mortem ab illo denuntiatam Miloni et praedicatam palam, nihil unquam auditum ex Milone; huius iter necessarium, illius etiam reditus alienum; hunc praese tulisse se illo die Roma exiturum, illum potius alienum; hunc rediturum; hunc nullius rei mutasse consilium, eo die se dissimulasse rediturum; hunc nullius rei insidiaretur, noctem illum causam mutandi consilii finxisse; huc si insidiaretur, noctem prope urbem expectandam, illi etiam si hunc metuendum.

## 339. La natura del mondo

Quod si ea quae a terra stirpibus continentur arte naturae vivunt et vigent, profecto ipsa terra eadem vi continetur arte naturae, quippe quae gravidata seminibus omnia pariat et fundat ex sese, stirpes amplexa aliat et augeat ipsaque alatur vicissim a superis externisque naturis;

*Sub manu... nascatur  
Sia a portata di mano*



233